SYSTEMA
REGNI MINERALIS.

I. TERRAE.
- A. SIMPLICIORES.
  - A. TALCOSAE.
    - a. pinguia.
      - 1. Talcum.
    - b. macre.
      - 2. Serpentinus.
      - 3. Asbestus.
      - 4. Actinotus.
      - 5. Hornblenda.
  - B. PONDEROSAE.
    - 6. Barytis.
    - 7. Crossopetra.
  - C. CALCARIAE.
    - a. puriores.
      - 8. Creta.
      - 9. Tophus.
      - 10. Spathum.
      - 11. Schistolithus.
      - 12. Inolithus.
      - 13. Stalactites.
      - 14. Pisolithus.
      - 15. Marmor.
    - b. minus purae.
      - a. effervescentes.
        - 16. Suillus.
        - 17. Tremolites.
        - 18. Stellaris.
        - 19. Humus.
        - 20. Marga.
        - 21. Magnesiata.
      - b. non effervescentes.
        - 22. Gypsum.
        - 23. Hepaticus.
        - 24. Lazurus.
        - 25. Fluor.
        - 26. Apatices.
        - 27. Boracites.
- D. ARGILLACEAE.
  - 28. Aluminaris.
  - 29. Argilla.
  - 30. Puteolana.
  - 31. Caementum.
  - 32. Cariosus.
  - 33. Ardesia.
  - 34. Basaltes.
  - 35. Lava.
  - 36. Mica.
  - 37. Opalus.
  - 38. Zeolithus.
  - 39. Scorlus.
- E. SILICEAE.
  - a. fixae.
    - a. impurae.
      - 40. Gemma.
      - 41. Olivinus.
      - 42. Feldspatum.
      - 43. Pyromachus.
      - 44. Petrosilex.
      - 45. Jaspis.
      - 46. Smiris.
      - 47. Circonius.
      - 48. Amarus.
      - 49. Lydius.
      - 50. Chlorogranatus.
    - b. puriores.
      - 51. Arena.
      - 52. Quartzum.
      - 53. Chalcedonius.
  - b. volatiles.
    - 54. Adamas.
- F. ADAMANTINAE.
  - 55. Adamantinus.

B. AGGREGATAE.

A. particulis magis minusve cryſtallinis, nullo viſibili caemento intermedio cohaerentibus.

56. Granites.
57. Gneiſſum.

B. fruſticulis heterogeneis maſſae alterius lapidis immerſis.

58. Porphyrius.
59. Amygdalites.

C. fragmentis lapidum caementi ope conglutinatis.

60. Breccia.
61. Arenarius.

II. SALIA.

62. Natrum.
63. Borax.
64. Muria.
65. Nitrum.
66. Mirabile.
67. Amarum.
68. Alumen.
69. Vitriolum.

III. PHLOGISTA.

70. Turfa.
71. Bitumen.
72. Mellites.
73. Succinum.
74. Ambra.
75. Graphites.
76. Sulphur.

IV. METALLA.

77. Uranium.
78. Wolframum.
79. Magneſia.
80. Stibium.
81. Zincum.
82. Molybdaena.
83. Stannum.
84. Cobaltum.
85. Ferrum.
86. Arſenicum.
87. Cuprum.
88. Niccolum.
89. Wismutum.
90. Argentum.
91. Plumbum.
92. Hydrargyrum.
93. Aurum.
94. Platina.

Appendix.

V. LARVATA.

A. animalium.

A. Mammalium.

95. Anthropolithus.
96. Zoolithus.

B. Avium.

97. Ornitholithus.

C. Amphibiorum.

98. Amphibiolithus.

D. Piſcium.

99. Ichthyolithus.

E. Inſectorum.

100. Entomolitus.

F. Vermium.

101. Conchyliolithus.
102. Corallioliſhus.

B. Vegetabilium.

103. Phytolithus.

I. LAPIDES e terris induratis compactis natae, in has iterum fatiſcentes, natura repugnante, dirimuntur ab his, cum iis potius in unam claſſem conjungendi, ſummae ignis violentiae reſiſtunt, ne hilum quidem eorum in vapores reſolventi, ſapore omnes odore plurimi orbi.

1. TALCOSAE (plurimae) molles et molliſſimae magneſiam albam potiſſimum continent, nulla unquam corporum vivorum veſtigia; in montibus primariis, magis adhuc in ſecundariis obviae, nonnullae quoque ſtrata et montium partes praecipuas conſtituentes, aliae potius paraſiticae: Igne nec calcinantur, nec, niſi Hornblendam, et ipſum Actinotum Asbeſtumque ferriferum exceperis, facile liquantur, ſed indurantur.

2. PONDEROSAE terrae, gravitate ſpecifica prae reliquis eminentes facilius liquantur igne, non niſi paraſiticae, neque unquam vivorum corporum veſtigia continentes molles et duriuſculae conflantur potiſſimum ex terra ponderoſa dicta.

3. CALCARIAE, aliae ex teſtaceis et coralliis natae, aliae primitivae, aliae rupeſtres, aliae paraſiticae multae non raro corporum vivorum veſtigiis refertae, pauciſſimis exceptis, molliſſimae, molles et duriuſculae, igne evadunt magis poroſae; puriores omnes cum aqua forti effervescunt, et fere totae ſolvuntur.

4. ARGILLACEAE aliae molliſſimae, plaſticae, linguae adhaerentes, humectatae ſibi proprium odorem ſpirantes, igne indurantur, ex durioribus fatiſcentibus non raro ortae animalium et vegetabilium veſtigia ſaepe impreſſa offerunt, aliae molles vel duriuſculae ignis vi liquantur potius, quam indurantur; harum plures rupeſtres, aliae, pauciores tamen, durae eandem ab igne ſubeunt mutationem.

5. SILICEAE durae et duriſſimae acidorum, ſi fluoris acidum excipias, vim eludunt, certe pro parte; aliae rupeſtres, aliae paraſitae, illae non raro veſtigia corporum vivorum prae ſe ferentes.

6. ADAMANTINUS duriſſimus, paraſiticus propriam ſibi in nullo alio foſſili hactenus detectam terram continet.

7. AGGREGATAE e quinque prioribus conflantur, et indolem partis dominantis ſequuntur.

II. SALIA,

Novam utique terrae ſimplicis ſpeciem conſtituere videtur, nuper in antro Sydney novae Hollandiae reperta plumbaginis micaeque miculis et arenae granulis miſta, a *Wedgewoodio* act. angl. vol. 80 p. 2. p. 306. deſcripta; reſiſtit illa quidem vitrioli et nitri acidis, quamvis fortiſſimis et bullientibus; ſolvitur autem ſalis culinaris acido, et conſtantius adhuc aqua regis, ut

II. SALIA, ſapore, ſolubilitate in aqua ab omnibus aliis, ſpecie ſaporis, gradu ſolubilitatis inter ſe diſtinguuntur.

III. PHLOGISTA ſolubilitate in oleo, et fumo flammave, quam igni expoſita monſtrant grato vel ingrato, innocuo vel funeſto, ex coloro vel tinctu dignoſcuntur.

IV. METALLA nitore, pondere ingenti, fluxu, quem in igne experiuntur ſibi proprio, ſolubilitate in acidis diſcernuntur.

V. LARVATA non foſſilia ſui generis, ſed ratione materiae, qua conſtant, ad praecedentes claſſes amandanda non differunt, niſi forma, quam corporibus alterius naturae regni debent.

CLAS-

ut tamen lenis calor iterum expellat; ex hac ſolutione non quidem per ſanguinis lixivium, verum per ſalia lixivioſa omnis generis, ex meraco quoque ſalis acido per ſimplicem aquam, lacteo ſemper colore, praecipitata, facile in igne fundenda; carbonum pulveri intertrita, neque haec neque alia ſimplex et pura terra, quamvis ignis violentiae ſummae in vaſis ab omni metallica labe liberis expoſita in metallum, idque ſui generis coire viſa eſt.

Altera, uti quidem hactenus videtur, a reliquis diſtincta terra ſimplex latet in lapide friabili parum nitente diaphano, ex albedine in aſparagi virorem vergente, prope Strontian in Scotia reperto, diu pro barytide Witheringii habito; affinitate, quam cum aëre fixo alit, calore, quem uſta et aquae immerſa excitat, ſolutione quam ſubit, et facilima ad aëris acceſſum praecipitatione ponderoſae ſimilis; at inſons, minus ponderoſa aërem fixum igne facilius dimittens, quamvis difficilius, quam quidem calcaria, a qua etiam eo abludit, quod ſolutio in aqua forti facta, facilime cryſtallos tabulares exhibet, et charta illi intincta, ſiccata, et candelae accenſae admota cum flamma laete purpurea ardet. *Crawford* apud *Duncam* medical commentaries. Dec. II. Vol. 4. p. 436. et Memoir. of the ſociety of Mancheſter. Vol. 3. p. 599.